

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Glorificationes seu gaudia specialila XV. Domini Iesu Christia, vna cum suis
precationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

GLORIFICATIONES SEV GAVDIA SPECIA-
lia XV. Domini Iesu Christi, una cum suis precatio-
nibus.

Iesu Christi anima sanctissima, vii post expirationem in cruce desiderio de Lambum
sanctorum Patrum.

GLORIFICATIO I.

Ave altitudo & gloria omnium Sanctorum, ecce victorissima Christe Iesu: Laudo, benedico & adoro te pro illo ineffabili gaudio, quo cum diuinitatis potentia anima tua sanctissima, morte deuicta, ad inferos descendens, confractis portis mortis. Diuina claritatis iubare cornutus, lambum es ingressus, atque a diu te expectantibus Patriarchis & Prophetis, ceterisque electis animabus Patriorum euteruatum tibi occurrentibus, postulata de offensis ventra, suppliciter adorata, cum laudum ineffabili iubilo suscepimus: illis cum lachrymis per gaudio clamantibus. Aduenisti o desiderabilis quem expectabimus in tenebris. Aduenisti redemptor mundi, aduenisti, quem desiderantes quotidie expectabamus, eo quod iam sua oracula & vaticinia per te cernerent gloriose adimplera.

Pro omnibus in purgatorio detentis, Precatio.

Descendant nunc misericordissime Iesu per hanc ineffabilem pietatem tuam, gratia & misericordia tua super animas famularum famularumque tuarum, parentum & propinquorum meorum, benefactorum & fratum nostrorum, recommendatorum & omnium fidelium defunctorum: ut eas a penitentiis, quae pro peccatis suis merentur, eripias, & ad gaudia eterna perducas. Amen.

Iesu Christi anima, vii triduo ante resurrectionem suam morata fuerit cum animalibus sanctis ex limbo liberatus.

GLORIFICATIO II.

Ave pulchritudo sanctorum Angelorum, & requies aeterna omnium fidelium, Iesu rex optime: Laudo, benedico & adoro te pro illo ineffabili gaudio, que illo optabili triduo cum patribus diuinitatis tuis contemplatione (omni miseris procul pulsis) iam beatificatis, in laudibus & hymnis ipsorum persistente, gaudebas te omnes tribulationes, totius mortis penas viceris, & nos homines tuae preciosissima morte ab aeterna damnatione liberassemus sed multo magis de tanto & tali privilegio a Deo Patre ubi donato exultabis, quod tu bonus solus, & nemo aliud perficere posuisti.

Pro anime puritate verique gaudio in fusione, Precatio.

Odator gaudij, & iustus subleuator dulcissime Iesu, per tue dilectionis potentiam, destrue in me omne quod tibi displiceret, per tue clarissimae virtutem, purga & illumina animam meam a tenebris peccatorum & propter omnium sanctorum Patriarcharum, Prophetarum, aliorumque electorum tuorum omnium merita, visita, resice & conforta me semper tua ineffabili suavitate, ut omnes consolationes vanas & inutiles funditus a me rejeciam & contemnam, & post hanc vitam ad illud ineffabile gaudium, quo sancti Patres a te redempti perdidi sunt, per tuam misericordissimam clementiam perueniam, Amen.

Iesu Christi anima, ut animas e lyndo eruptas in paradisum introducerit.

GLORIFICATIO III.

Ave Sampson fortissimè moriens, & hostilem exercitum preternens, Iesu rex inuictissime: Laudo, benedico, & adoro te pro illo ineffabili gaudio, quod amici & electi tui in lyndo tecum habuerunt, quando per diuinitatis tuæ potentiam, alligato diabolo, eos ab inferis eduxisti, & ante eos cum laudis triumpho lætus & gloriosus præcedens, comitante & iubilante Angelorum exercitu, ipsos in paradisum voluptatis introduxisti.

Aduersus quamvis prauas libertatem & consuetudinem, Precatio.

Iesu bone, descendat super me quæsio miserum peccatorem misericordia tua, quæ confringat in me portas æres prauæ consuetudinis, astringat libertatem propriæ voluntatis, concerat virtutem diabolice suggestionis, liberet me captiuum de carcere peccati, de barathro visiorum & tentacionum, & collocet me in paradisum sempiternæ charitatis, Amen.

Iesus Christus ut suum corpus glorificauerit, & sua maiestissima matri resurgens apparuerit.

GLORIFICATIO IV.

Ave mortis nubilo eclypsatus sol resulgens, Iesu rex gloria: Laudo, benedico & adoro te pro illo ineffabili gaudio, quo die tertio corpus tuum beatissimum immortalitatis gloria beatificatum, impassibile & gloriosum reassumens, de clauso prodiens tumulo, victor à mortuis resurrexisti, atque tuæ matris mostissimæ ardentissimis desiderijs te expectanti, immortalis & gloriosus apparens, ipsam reverenter salutatam, benignè consolans, indicibili gaudio laetificasti.

Pro yitierum, propriæ voluntati morte, ac triumpho de inimicis, augmentoq; charitatis ac donorum Spiritus sancti, Precatio.

Domine Iesu Christe pater clementissime, qui à morte resurgens, ministrum mortis superasti, omnesq; in Adam mortuos, ad vitam reparasti: fac me per virtutem tuæ benedictæ passionis, propriam voluntatem & omnes prauas affectiones, motus & passiones in me fortiter mortificare, tentationes omnes superare, de omnibus inimicis meis triumphare, vt tam intensa, tamq; indissolubili tibi adhæream charitatem, vt nullatenus gratia tuæ vitam amittere aut perdere valeam. Supplico etiam tibi, dulcissimi Iesu, vt amore illius gaudij, quod benedicta mater tua habuit, quando te vidit & ei apparuisti in sanctissima nocte Paschæ, & per illud gaudium quod habuit, quando te vidit glorificatum per diuinitatis claritatem, illumines & confirmes atque confortes cor meum septem donis Spiritus sancti, vt tuam voluntatem adimplere valeam omib; diebus vita meæ, Amen.

Iesus Christus ut glorificationem diuina claritatis acceperit à Patre in sua humanitate, & pro omnibus suis membris electis.

GLORIFICATIO V.

Ave claritas & puritas Angelorum, pulchritudo & amoenitas omnium beatorum, Iesu Christe, rex bone: Laudo, benedico, & adoro te pro illo ineffabili gaudio quod habuisti, quando tua beatissima humanitas in resurrectione glorificationem diuinæ clarificationis suscepit à Patre, & in se omnibus electis glorificationem æternam in sua diuinitate tribuit.

Pre



Pro clarificatione anime post exitum huius vita, Precatio.

O Amantissime Iesu Christe, Dei & hominam mediator, rogo te per ineffabilem gaudium tuum glorificationis, ut animam meam in hac vita purgare digneris ab omnibus maculis & tenebris peccatorum, vt ad illam securus permanentiam claritatem, statim post exitum anime meae de corpore, quam mihi incomparabilis pretio nobilissimi sanguinis tui & preciosissima morte tua comparasti, Amen.

Iesus Christus ut omnium membrorum suorum glorificationis inestimabilem claritatem accepit a Patre.

GLORIFICATIO VI.

A Vegloria, honor, laus, & felicitas Sanctorum Angelorum, & gaudium eternum omnium Sanctorum, Iesu Christe rex gloriae. Laudo, benedico, adoro, magnifico, & glorifico te, pro illo singulari gaudio, quod habuisti, quando charitas inestimabilis, quem te in mundum de sinu Patris tui depositum, & omnibus miserijs, paenitentia & infirmitatibus, absque peccato, te subiacere fecit, nunc in gloria resurrectione tua, te & omnia membra tua, sicut in passione in tolerabili dolore & pleuerat, incomparabili gaudio, honore & decoro repleuit.

Pro lumine gratiae, perfectione, dilectione voluntatis, Precatio.

O Iesu amabilissime, per illud gaudium tuum rogo te, da mihi lumen gratiae ad cognoscendum & auxilium virtutis tuae ad perficiendum in omnibus beneplacitum sanctissimae voluntatis tuae, ut sciam & feruentissime perficiam quicquid sit acceptum coram te omni tempore, ne vnuquam negligam vel omissam, quod velis per me fieri, nec vnuquam faciam, quod velis omitti. Amé.

Iesus Christus ut electorum animos mastitias repletos, sua resurrectione, crebrum apportionibus, gaudio consolationeque, afficeret.

GLORIFICATIO VII.

A Ve conuiuum plenissimum, pax dulcissima, solamen & consolatio omnium pie mōrentium, Iesu dulcissime: te laudo, adoro, magnifico, glorifico & benedico tibi pro illo ineffabili gaudio, quo ipso gloriosissimae tue resurrectionis die, tuos electos pro te vehementer consternatos, latificasti, ipsis apparet multis vicibus, dulciterq; salutans, & pacem affrens: item cum illis coniuans, & in fide exhortans corroborasti, & exinde per quadraginta dies crebris apparitionibus te eis manifestans, per multa argumenta instruens, scripturastq; edisterens in fide plenē eorum animos consumasti.

Pro sui plena abnegatione, perfectaque, obedientia, ac pectoris pace, Precatio.

D Ulcissime Iesu, bone Domine, per tuas apparitiones gaudiolas & colloquia suauissima, per gratissimam & iucundissimam moram quadraginta dierum, quam cum discipulis peregisti, donec in fide fierent perfecti, inflamma quod cor meum igne perfectae charitatis, ut promptissima & hilari voluntate meipsum ex toto abnegem & relinquam, tuamq; voluntatem in omnibus perfectissime adimpleam: ut tibi sic in torde meo delectabile conuiuum perfectissime obedientiae exhibeam: & non solum credendo & confitendo, sed iuxta omne beneplacitum tuum viuendo, & tibi seruiendo, resurrectionis tue testis siam, utq; veram pacem pectoris in praesenti, & aeternitatis in futuro, te misericorditer domante, impetrare valeam, Amen.



Iesu Christus vñ ascensurus in calum, discipulus apparuerit, cum eis comederis, evag
dauerit, ac in vniuersum predicaturos miserit.

GLORIFICATIO VIII.

A Ve fatus mellifluus, cibus, refectio, atque delectatio omnium beatorum spirituum Iesu Christe rex altissime. Laudo, benedico & adoro te pro illo ineffabili gaudio, quo à resurrectione tua die quadragesimo visione beatifica discipulos certificasti, cum in monte Sion congregatis, iam ad Patrem ascensurus, apparuisti, atque cum eis dulciter & familiariter conuiuans, incrudelitatem & duritiam cordis eorum exprobasti, dulci eriam, alloquio ipsos confortans & in vniuersum Orbem eos mirtens, officium praedicandi ininxisti eisdem.

Pro sui, omniumq; rerum contemplacione, proprietate, imperfectionis cognitione, Precatio.

O Dulcissime & amantissime Iesu Christe, per illud ineffabile gaudium rogo te, da mihi misero peccatori omnia terrena desideria calcare, & funditus in me per gratiam tuam extirpare, meipsum & vniuersum mundum pro cui amore contemnere, ut te ducent & miserante, ad perfectionem quandoque perfecta & intensissimae charitatis merear peruenire. Illumina etiam me perfecte ad veram cognitionem proprietatis, impossibilitatis & nihilitatris. Fac me propriam cordis mei duritiam, ingratitudinem, peruerfiratemi, negligentias & infinitas defctiones meas continuo dolendo pensare, & cum interna increpatione & contritione semper emendationem proponere, & propositum redouare, ut semper in profunda & perfecta, tibi gratissima humilitate persistam, indeficienti & insatiabili studio tibi placere satagam, & tamen proprie infirmatis conscius, de propria virtute penitus desperans, in sola, tua miseratione consadem. Amen.

Iesu Christu vñ in monte Oliueti sui electi apparuit, benedixit ac valedixit, galosq; discernentibus, descendit.

GLORIFICATIO IX.

A Verex glorie, Domine virtutum, omnipotens triumphator Iesu Christe. Adoro, benedico & laudo te pro illo ineffabili gaudio, quo discipulis de Hierusalem in montem Oliueti ex tuo imperio egressis, apparuisti, & iam cum illa sanctissima electorum tuorum comititia ad Patrem ascensurus, matre tibi dilectissimæ, mundi dominæ & Cœli reginæ, atque sanctissimis illis Ecclesiaz tuus principibus Apostolis ultima benedictione valedicens, in oculis omnium affectissime intuentium, propria virtute es elevatus. Occurrentibus tibi cunctis Cœli cibis, teq; cum laudis iubilo præsequentibus, super omnes Cœlos aseendens, ad confessum Patris dextræ es collocaurus, & totam celestem Hierusalem bona luctu & festinitate certificasti.

Pro anima viri, sensuumq; ac spiritu reformatione & intratione in Deum, Præratio.

I Esu amabilissime & dulcissime, da mihi per gratiam tuam ingiter implore, quod per propriam infirmitatem non valeo cogitare, ut scilicet totum me, animam, spiritum, vires, sensus & omnes passiones meas possem te trahas, uti omnia quæ mundi sunt oblitus, totus tibi inhæream, ardenterquis desiderio te inquire, indecessis suspirijs possem realentes surram, nulli vñquam placere appetere, quare

nisi

tibi soli, cui me totum debeo, quatenus anima mea possit huius calamitosae vita ex-
sumas semper in gaudio tecum in aeterna beatitudine refici & exultare mere-
sur, Amen.

Iesu Christu vti suauis glorificat am humanitatem omnesq; electas animas ex limbo li-
beratas Patri aeterni conspectu gaudissime representatis.

GLORIFICATIO X.

Ave glorioissime Rex regum, & Dominus dominantium, Christe Iesu: Ado-
ro, benedico & laudo te pro illo ineffabili gaudio, quod sanctissima anima
tua habuit, quando te in pignus & pretium redemptiois aeternis cum eo-
piosa animarum multitudine ex inferno per te liberatarum, etiam asecentium,
& inestimabili gaudio iubilantium, Deo Patri presentasti.

Pro anime posthanc vitam perfecta glorificatione, Precatio.

Iesu benignissime, Dei & hominum mediator, per illud suauissimum gaudium
rogo te, ut in hora mortis meae, sis anima mea pignus & pretium, persolvens
omne debitum meum, placandoq; mihi Deum patrem & iudicem aquissimum,
perducas animam meam ante conspectum ipsius placidissimum, repellens quoq;
a me omnes iudicantes mihi, atque querentes animam meam perdere, Amen.

Iesu Christu vii à Patre celesti data sa omnia potestim in celo & in terra.

GLORIFICATIO XI.

Ave fons omnis gratiae, & thesaurus beatitudinis aeternae Iesu elefantissime
Adoro, benedico & laudo te pro illo ineffabili gaudio quod habuisti quan-
do à Deo Patre tibi data est omnis potestas in celo, & in terra, remuneran-
di, ditandi & honorandi secundum liberalitatis tuarum magnitudinem omnes com-
militones & amicos tuos, quos tam gloriose triumpho de tyrannica potestate li-
berasti.

Pro vita Iesu perfecta initiatione, virtutumq; & meritorum ipsius participatione,
Precatio XI.

O Iesu suauissime, per illud gaudium suauissimum rogo te, fac me participem
omnium laborum & operulae sanctissime vita, passionis & mortis tuae.
Trahe me post te, ut libenter te sequar & per viam despectionis & tribula-
tionis desideranter gradiar, quatenus tua gratia me confortante, & ducente, fidelis-
simus vita tua, humillimus & feruentissimus imitator inueniar in patientissima
tribulationum sufferentia, devotissimaque virtutum imitacio, Amen.

Iesu Christus rei plenarius & dominum super cupidos suos suscepereis à Patre ele-
dos & amicos.

GLORIFICATIO XII.

Ave fons & origo, incheatio & consummatio omnium honorum, mellifluus
mi Iesu Christe: Adoro, laudo & benedico te pro illo inestimabili gaudio,
quod habuisti, quando Deus Pater donauit tibi omnes amicos tuos in aet-
erna hereditate possidendos: quando impleta fuit illa benignissima petitio & ve-
luntas tua, qua dixisti: Volo Pater, ut sis unum sicut & nos unum sumus ut vbi ego sum,
illis sit & minister meus: hoc est, ut omnes gaudium & omnes bonum quod tu ipse &
tu sumus, ipsorum sit finis sine fine.



Pro adnumeratione consortioq; omnium amicorum Dei, Precatio.

O Iesu dulcissime, per illud suauissimum gaudium tuum te rogo, vt abyssus infinitæ misericordiæ tuæ, vsque ad me nouissimam creaturam tuam, vi- lissimum & ingratissimum peccatorem descendat, quo etiam me inter ele- ctos tuis consumerare, ipsorumq; consortio dignum facere digneris, vt vna cum eis habeam te sursum & felicissimum bonum, & interminabile gaudium, nunc hic per gratiam, & in patria iugiter per gloriam, Amen.

Iesu Christus vti suis electis discipulis Spiritum sanctum transmiserit.

GLORIFICATIO XIII.

A Ve firmamentum & constantia omniū electorum, Iesu rex fortissime: Ado- ro, laudo & benedico te pro illo indicibili discipulorum tuorum gaudio, quo ip̄os in ciuitatem regressos & congregatos, Patris & tuum promissum expectantes, laxificasti, dum Spiritu sancto in ignis specie, repentina sonitu descen- dente, & super singulos eorum sedente, ipsos virtute ex alto induens, roborasti, quatenus in fide confirmati, mysterium fidei & crucis trophyum, timore abiecte, prædicantes, per totum mundum veherent, & per coruscantia miracula fidem ver- bis darent.

Pro gratia, illuminatione q; Spiritus sancti, Precatio.

O Iesu bone & dulcissime, ne derelinquas me orphanum, sed mitte promissum Patris tui in me Spiritum veritatis, vt mecum sit & mecum laboret, qui do- ceat me quod coram te acceptum sit omni tempore, qui charitatis, pacis & concordiz vinculo corda nostra astringat, vitia expurget, virtutibus & lumine tua cognitionis illustret, Amen.

Iesu Christus vti matrem suam sacratissimam visitauerit, assumperit, & supra sun- dies Angelorum chorus exalatārit.

GLORIFICATIO XIV.

A Ve flōs & fructus matris virginis Iesu Christe, omnium beatorum altitudo, merces & gloria: Adoro, benedico & laudo te pro illo maximo gaudio quod habuisti, quando discipulis de incarnatione tua, iam plenus instructis, & fundamentis Ecclesiæ erectis, dulcissimæ matri tua, absentis filij desiderio arden- ti, & amore nimio languenti, completa eius peregrinatione & ex hac misericordiæ valle iam migraturæ, totus festiuus & gloriōsus, vna cum vniuersa coelestium fre- quentia occurristi, ipsamq; amoris amplexibus suscepit, celestibus melodijs de- ductam, supra cunctos cœli ciuium ordines sublimasti, & ad dexteram tuam in cœlesti throno collocasti.

Pro Dei gratia, per eius matrem in hac vita augmento, & post eam cum eadem Dei matre glorificatione, Precatio.

O Iesu amabilissime, dator gaudij, largitor solatij, lucretus releuator, meroris effugator, qui beatissimam virginem Mariam matrem tuam diuinæ Maie- statis speculum, Angelorum solatum, tuz bonitatis imaginem, nostræ sa- luti originem, multiplici gaudio in terris & in cœlis beatificasti, concede mihi pauperi, vt qui ad eam, quasi ad fontem gaudij, in doloribus & angustijs meis fidu- cialiter recurrere præfusao, ipsius intercessione perpetuo tuam merear habere

357



gratiam, & post hanc vitam, propter eiusdem dilectissimæ virginis & gloriofissimæ matris tuæ merita, ad felicissimam illam (qua tecum nunc assumpta gaudet in cœlis) statim post mortem perueniam latitudinem, Amen.

Iesus Christus vti in Maiestate ad yniuersale sit iudicium venturus, & unicuique prout meruit, gaudia vel tormenta redditurus.

GLORIFICATIO XV.

A Ver retributio omnia Sanctorum, merces magna nimis, requies & corona omnium electorum, Domine Iesu Christe: Adoro te in fine mundi venturum iudicem viuorum & mortuorum, & vñicuique secundum sua merita gaudiorum præmia, aut tormentorum supplicia redditurum. Tibi igitur laus, honor, virtus, & gloria in regno Patris tui.

Confessio diuina excellentia propriez, humana malitia accusatio, & ad iudicium preparatio.

O Iesu amabilissime, confiteor gloriam summæ potestatis tuæ, confiteor va-
ritatem summæ sapientiæ tuæ, confiteor gratiam summæ benignitatis tuæ:
Confiteor etiam me reum omnia peccatorum meorum, quia te cre-
atum meum contempsi, quia te Dominum summæ Maiestatis corde, ore, opere &
consensu offendere non timui, in lumine veritatis tuæ non ambulauī, tibi factori
mei ingratus semper extiti, tibi Patri summæ bonitatis non obediui. Sed quia
maior est tua bonitas, quam mea iniurias, obsecro te per ineffabilem misericordiam
tuam, ne pescata mea reserues iudicio tuo, neque intres in iudicium cura
condemnabilis. Amo serue tuo: sed da mihi gratiam contritionis & veræ péniten-
tiae, emendationem totius vitæ meæ secundum omne beneplacitum tuum, com-
punctionem cordis, lachrymas humilitatis, & perfectionem int̄fissimæ & fer-
uentissimæ charitatis, ut sic per veram & puram confessionem, per deuotam &
perfectam oluntatis obedientiam in hac vita, per tuæ sanctissimæ & innocentissimæ
passionis, per gloriofissimæ matris tuæ purissimæ virginis Mariæ & omnium
electorum tuorum merita, à peccatis omnibus merear expurgari, tibi ex zoto
corde reconciliari: ut sic plenè tibi reconciliatus ac Sacramentis tuis munitus, non
ad iudicium de hoc mundo egrediar, sed beato fine requiescens, statim à te semp-
ternam benedictionem & felicissimam Sanctorum omnium societatem suscipere
merear, impenetrantibus mihi sacrosanctis tuis quinque vulneribus, quæ in glorio-
fissimo corpore tuo ad consolationem electorum, & damnationem reproborum
refernasti, qui cum Patre & Spiritu sancto viuis & regnas per infinita se-
cula Deus sublimis & gloriofus, ab omnibus creaturis ve-
nerandu. & adorandus, Amen.

Libri Meditationum

FINIS.